



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Melanio episcopo. Cap[itulum]. xciiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mense octobris occurrentibus Fo. cclix.

De sancto Viatore confessoro. Cap. xc.



Vitor confessor or

diuine lectoris tenuit: et facti iusti lugdunsi. episcopi comes fuit. Qui cum eodem episcopatum deserente nauem conscendit: et ad egyptum nauigauit: atq; ei in heremo sedule ministravit: vt dictum est supra in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedente et ipse post dies. vii. prout ipsi sanctus iustus prederat: cum ad celos secutus est. Nam et quiescit in pace. xiiij. kalendas nouembrii. Quorum amboz corpora a ciuibus lugdunensibus et inde sublata ad eozum ciuitate delata: et in ecclesia sanctorum. vii. machabeozum condigno cultu posita sunt. iij. noni. septembrii.

De sancta Salome discipula. Cap. xcj.



Salome di

scipula xpi fuit. Que tempore dominice passionis cum reliquis sanctis feminis ad crucez assistit et circa eius sepulturam sollicita fuit. De qua theophilus et Ehysostronius dicit: qd hec fuit mater filioz zebedei: quod origenes similiter opinatur. vnde in euangelio marci. Maria iacobi minoris et ioseph mater: et salome: et iterum maria magdalene et maria iacobi subaudi minoris: et salome: tunc istud nomen est nominatiu casus: et est nomen mulieris. Alij dicunt qd est casus genitiui: et est nomen viri: qd scilicet fuit vna alla maria vxor salome. Hieronymus tamen in suo martyologio tradit eam mulierem fuisse: et in pace apud hierosolimam quiescisse. xi. kalendas nouembrii: vt ad dicit.

De sancto Marco episcopo et martyre. Cap. xcij.



Marcus eps

et martyre apud hierosolimam passus est. Hic clarissimus et doctissimus vir primus fuit et gentibus qui post episcopos ex circuncisione ecclesiam hierosolymorum regendam suscepit: de quibus supra est habitum in legenda sancti ephraemi episcopi. xi. kalendas septembrii. Sacerdotium igitur filius ciuitatis sancte suscipiens: non multo post pro confessione christi martyris consumatus: victoria palam promeruit. xi. kalendas nouembrii. Hec ad dicit.

De sancto Melanio episcopo. Cap. xcij.



Melanitus

episcopus tempore valeriani et gallieni imperatorum claruit: apud ciuitatem rothomagensi. Qui de maiori britannia exortus cum esset gentilis romanus venit vt patrie tributum solueret: et imperatori deseruaret.

Cum autem venisset ad templum martis vt ibidem cum socijs sacrificaret: conuersus est a sancto stephano papa et martyre ibidem predicante: et ab eodem baptizatus ipsi adhebit: quem ille per omnes gradus ecclesie ad sacerdotium usq; promouit. Qui fideliter in omnibus ordinibus domino deseruauit. Lunę die quadam pontifex celebraret: et ei melanitus ministraret: angelus domini a dextris altaris extitit: quem vterq; illorum vidit. Qui et finita missa baculum melanito dedit: et cum vbi rothomagensi a deo electum episcopum nunciavit: et vt illuc ad predicandis accederet mandauit: christumq; ipsi ductorem futurum promisit: statimq; disparuit. Melanitus ergo continuo accepta benedictione a papa discessit: et christum itineris ducem habuit: ventens autem antiodozum inuenit hominem qui casu bipenni sibi pedem in duas partes diuiserat: quem baculo quem ab angelo acceperat tetigit: et ipsum sine mora sanauit: veniens autem rothomagum predicationis officio fideliter insistit: et miraculis clarens fere totum populum ad christum conuertit. et ministerium suum simplicis in domino quiescit vndecimo kalen. nouembrii. Sepultusq; est in ecclesia rothomagensi.

De sancta Melania maiore. Cap. xciii.



Melania

maior apud hierosolimam claruit tempore valeriani et gallieni imperatoris: vt dicit heraclides. Hec nobilissima ciuis romana filia quondam marcelli consulis vrbano eius filio vnico pretore in vrbe relicto hierosolimam nauigauit: ibiq; tantis virtutibus et humilitate refulsit: vt thecle nomen acciperet. Fuit enim vxor venerabilis viri: que anno. dccc. lxxij. existens vidua: relicta patria et filio: vt dictum est: cum certis pueris et puellis: omnibus suis in nauis positis: primo alexandriam nauigauit: ibiq; omnibus distractis sanctos patres in heremo reuisit: scilicet pambonem: serapionem: pannurium: isidorum: et dioscorum: apud quos sex mensibus mansit: et eis nes